

V d  
637





an 1

Serenissimum Potentissimumq; Dominum,  
**DOMINUM  
FRIDERICUM  
AUGUSTUM,**

Regem Poloniarum, Magnum Ducem Lithuaniae,  
Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kyoviae, Wolhyniae, Po-  
doliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae & Czernicho-  
viae; Ducem Saxoniae, Juliae, Cliviae, & Montium, Angriae &  
Westphaliae, Sacri Romani Imperii ArchiMareschallum & E-  
lectorem, Landgravium Thuringiae, Marchionem Misniae, &  
Superioris Inferiorisq; Lusatae, Burggravium Magdeburgi, Co-  
mitem Principalem Hennebergicum, Comitem Marcae,  
Ravensbergi, & Barbyae, Dynastam in Ra-  
venstein &c.

Dominum nostrum clementissimum,  
**SERENISSIMÆ REIPUBLICÆ POLONICÆ  
REGEM JAGELLONICUM**

Dominica XX, a Festo SS. Trinitatis

in Templo Paulino

subjectis finte humillimeque gratulabitur

**ACADEMIA LIPSIENSIS,**

---

LIPSIÆ

Literis Johannis Georgii,



**S**erenissima Respublica Polonorum ab excessu Regis augustissimi, Johannis III. sollicita, cui libertatem, salutem, decus, ac fortunas suas crederet, ardua difficultique inter ambientium studia deliberatione, Regem Poloniarum, Magnum Ducem Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kyoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czernichoviae Optimum elegit, Serenissimum & Potentissimum Dominum, Dominum FRIDERICUM AUGUSTUM, Ducem Saxoniae, Juliae, Cliviae & Montium, Angriae & Westphaliae, Sacri Romani Imperii Archimareschallum & Electorem, Landgravium Thuringiae, Marchionem Misniae, & Superioris & Inferioris Lusatiae, Burggravium Magdeburgi, Comitem Principalem Hennebergicum, Comitem Marcae, Ravensbergi & Barbiae, Dynastam in Ravenstein &c. &c. Dominum nostrum clementissimum. Ita jacturam maximi successione parisi compensavit. Obtulit gens fortissima nomen Regium ei, e cujus Majoribus Otto III. Imperator Romanus Boleslao I. dedit. Thronum ascendit regalem, qui in Regia, Caesareaque stirpe sua excelsissima solia, ipsumque Polonicum in Jagellonica insedit. Corona aurea caput ornat, quod tot laurus triumphales gestat, Sceptrum tenet atque globum Orbis Sarmatici, qui Saxones suos, Mysios, & caeteras sibi subjectas gentes leni Imperio regit. Gladio incinctus est, qui duos enses ferre novit. Sceptro Polonico Regum clementia in suos lenitatem, gladio eorundem dextera victrix terribilem hostibus aspectum impressit. Gesserunt Boleslaus ille Primus, Chobry, id est, Acris & Strenuus, Casimirus I. nepos, Avi Successor dignissimus, Boleslaus II. Audax, Boleslaus III. Victoriosus, quadraginta septem praелиis hostibus superior, Casimirus II. Justus, Lesco Candidus, Henricus Probus, Casimirus Magnus, Jagielo sive Uladislauus Lituanus, Casimirus IV. Sigismundus, Sigismundus Augustus, Stephanus Bathori, Sigismundus III. Uladislauus IV. Johannes Casimirus, Johannes III. aliique Heroes, qui Justitia, aequitate, lenitate, clementia, magnificentia suorum civium animos sibi devinxerunt, qui prodigia suae fortitudinis per Orbem circumtulere, armis regni fines propugnarunt & ampliarunt, barbarorum castra expugnarunt, acies fregerunt & fugarunt. Nunc ea insignia capeffit FRIDERICUS AUGUSTUS, in quem unum, quicquid gloria excelsum, fama amplum, magnanimitate interritum, robore validum, fortitudine invictum, mansuetum facilitate, beneficentia amabile, gratum affabilitate, innocuum lenitate, augustum magnificentia, felicitate secundum, potentia gloriosum est, per Augusti sanguinis propaginem confluit. Longae Orationis esset ab antiquissima origine gentem deducere, a Vittikindo, vetustissimo Saxonum Rege aut Duce ordiri, per tot Heroum maximorum stemmata decurrere, & non tantum eminentissima Germaniarum ipsaque Caesarum culmina, sed externas etiam ex illa ortas stirpes inclutissimas, ac illustrissima decora, quae scepra ac diademata memorare. Ut omittamus in Annalibus descriptas virtutes FRIDERICORUM quinq; Fortis, Gravis, Strenui, Bellicosi, Placidi, quis non admiratur ALBERTUM, quem ob incredibilem animi vigorem Animo-  
sum

sum Historici, quidam Teutonicum Herculem, alii, maxime miles, Rolandum alterum, Principes Dextram Imperii, Imperatores Patrem Custodemq; Salutis Publicæ vocitarunt? Quis non audivit HENRICUM Pium Regis Serenissimi nostri Tritavum, armis clarum, animiq; magnitudine singularem? Quis non obstupuit MAVRITIVM, Scipionem illum, bellorum fulmen? Quis ignorat AVGVSTVM Atavum, quem Maximilianus II. Cæsar fratrem suum nominavit, quem a Filio Rudolpho Patris instar haberi voluit, cui in Comitibus Status salutem Imperii commiserunt, eundemq; Cor, Manum, ac Oculum ejus nominarunt, qui provinciis suis liberalitate Augustus, magnificentia Constantinus, justitia Justinianus erat. CHRISTIANVS I Abavus in ipso ætatis flore virtutibus constitit, quo aliorum Principum senectus procul diffitis votis aspirat. Proavum qui nominari audiunt, JOHANNEM GEORGIVM I. Magnanimum norunt, Heroem, bello tricennali Germaniæ funesto, quo diuturnius & pertinacius gestum in omni historia non extat, sustinendo fortiter, finiendo gloriose, ætate & animo parem, immo superiorem. Hic MAGDALENAM SIBYLLAM Proneptem CASIMIRI IV, ex filia Sophia, nupta FRIDERICO Marchioni Brandenburg. conjugem ducens, familiam nunc Electoralem Ducum Saxoniae, stirpi regiæ apud Polonos Jagellonicae inseruit. Avum JOHANNEM GEORGIVM II. Pacificum appellant, qui virtutes alias summas aut silent, aut simul complectuntur. Iste abnepos Casimiri, abneptem ejus ex filia BARBARA, GEORGII Ducis Saxoniae Conjuge, MAGDALENAM SIBYLLAM in matrimonium assumens, gemino vinculo stirpem suam & Jagellonicam colligavit. His Parentibus Pater prodiit JOHANNES GEORGIVS III, Magnanimus, ex utraque filia Casimiri Atnepos Jagellonicus; Ille, qui cum Inviçtissimo Rege Polonorum JOHANNES III. Turcis profligatis, Viennam summis obsidionis periculis liberavit, victoriamq; illam consecutus est, a qua fortuna belli felicissime contra barbaros gesti, tot provinciarum atque regnorum eximmani tyrannide vindicatio pendebat: Ille, qui Gallorum ad Rhenum impetum represit, violentiam stitit, pertinaciam Moguntio recuperato vicit. Aderat his expeditionibus Princeps juventutis nunc Serenissimus Rex & Elector, atque, ut adolescentiæ annis in circo, in campo, in palæstra frequens expertus erat corporis robur & induraverat, veteri Heroum exemplo: ita ubique alacer, promptus, vicens Ducis artes observabat ac discebat. His disciplinis instructus, atque post excessum Fratris Serenissimi, principatum auspiciatus, cum præ amore Patriæ indignaretur otium, in Hungariam copias suas duxit, & iisdem cum Cæsareano foederatoq; milite conjunctis Turcas numerosiore longe exercitu audaces, multis cæsis, terga vertere compulit, Transylvaniam & Hungariam Cæsari conservavit. Hæc in conspectu Orbis gesta adverterunt omnes, & simul in admirationem rapuerunt animos, & veneratione impleverunt. Hæc supra cæterorum Candidatorum Polonici regni æmulationes & molimina FRIDERICVM AVGVSTVM ita evexerunt, ut liberæ gentis suffragia cum Germaniæ, immo totius Europæ libertatem suam amantis desiderio consentirent. In cælo Heroum astris fulgente, ubi nuper conspectum erat scutum gentilitium Sobiescianum, paulo post Enses Electorales apparuerunt.

20 037 11

runt. Cœlo inscripta ostensaq; insignia Regum duorum Sarmaticorum pet-  
hibent Astrologi ut genti indicaretur ille, in quo deliberantis diffidentes  
affectus, pugnantescq; voluntates hoc tempore in salutem Reipublicæ suæ  
conjungerentur & acquiescerent. Occulta in sanguinem Jagellonicum pro-  
pensio vota Procerum traxit, ut Regem vellent eum, quem electum nosce-  
rent, admirarentur, amarent & supplices venerarentur Trineptem Casi-  
miri, & Conjugem Serenissimam, CHRISTIANAM EBERHARDINAM,  
illius ex Barbara filia Trineptem, Reginam suam colerent. Fuerunt Jagello-  
nicæ domus Reges, teste Joanne Demetrio Solicovio, Archiepiscopo Leo-  
poliensi, in Oratione funebri Sigismundo Augusto dicta, ut apud exter-  
nationes semper moribus, comitate, beneficentia, & ob bella contra barba-  
ros feliciter gesta laudatissimi: ita apud suos, propter singularem clemen-  
tiam, justitiam, & sapientiam in summa veneratione, claritate & benevolen-  
tia habiti. Tale enim eorum fuit imperium, ut non tantum apud suos, sed  
etiam apud externos eorum nomen & memoria, omni laudis commenda-  
tione vigeret. Illi in septimo, sancto & prospero cognationis gradui cum  
Casimiro, illi uniti sanguinis Jagellonici robori, in thronum avitum evecto,  
quam auguria fausta insunt? Respondet sæculi ad finem festinantis ultimus  
sacer septenarius, quo & electus & coronatus est FRIDERICVS AVGVSTVS  
SAXO REX POLONORVM, occulens id, quod nunc reiectum Orbis univer-  
sus miratur. His omnibus exultans Polonia Regi suo diadema imposuit. Ad  
hæc autem quis sensus noster sit, quæ cogitatio, quæ affectio animorum! An  
solicitudine nos tangat, & timor confundat ac circumagat orbatos Principe,  
cujus tutelæ clementissimæ vitam, salutem, securitatem debemus? Carebit  
Respublica capite, unde nervorum, qui continent corpus, vis omnis ac po-  
testas est? Aberit a navi inter horridas tempestates, sævasq; procellas Palinu-  
rus? Destituetur grex ovium Pastore suo? Memorat Illustris Rerum Poloni-  
carum Historicus, Martinus Cromerus, Varmiensis Episcopus, Ludovicum  
Regem, ab Oratoribus Polonis invitatum ad regnum accipiendum, respon-  
disse: Duobus gregibus non expedire, unum habere Pastorem: satis & abun-  
de esse negotii uni populo præesse: duas Respublicas vix ulla ratione sine al-  
terius, sive utriusq; malo & incommodo ab uno administrari posse. Verum,  
sicut beneficium Solis lumen tenebras noctis dispellit, & simul terris redditur,  
ita evanuerunt curæ mœroresq; cum Regiæ Majestatis lux fulgere nobis cœ-  
pit, & promissa diplomatibus publicis gratia & clementia perpetua, tutelaq;  
libertatis & Status, quo vivimus, crexit & exhilaravit spem nostram. Patens  
Majestatis Polonicæ Sol virtutis suæ beneficæ radios, etiam in has regiones  
suas paternas diffundet, easq; fovebit ac recreabit. Quare Serenissimo Regi &  
Electori Domino suo Academia officium & cultum subjectissimum demissis-  
simumq; Oratione Panegyrica in Templo Paulino tribuet. Vos autem, Co-  
mites Illustrissimi, Proceres Reipublicæ utriusque Amplissimi, atque Studiofi  
Juvenes florentissimi, adeste, atque Supremo Mundi Monarchæ, Regi Regum  
immortali, & Principi Principum Optimo Maximo, nuncupate vota & pre-  
ces, ut FRIDERICUS AUGUSTUS Rex sit Poloniæ Augustus

Jagellonicus, Saxonix Augustus Saxonicus. P. P. die XVI.

Octobr, Anno Christiano M DCXCVII.

ULB Halle  
004 823 745

3



*W17*









**S**erenissima Respublica Polonorum ab excessu Regis augustissimi, Johannis III. sollicita, cui libertatem, salutem, decus, ac fortunas suas crederet, ardua difficultique inter ambientium studia deliberatione, Regem Poloniarum, Magnum Ducem Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kyoviae, VVolhyniae, Podoliae, Po-

choviae Optimum elegit dominum FRIDERICUM Silesiae & Montium, Angriae, reschallum & Electorem & Superioris & Inferioris Principalem Hennebergiastam in Ravenstein & jacturam maximi successu nomen Regium ei, e cuius lao I. dedit. Thronum a excelsissima solia, ipsius aurea caput ornat, quod globum Orbis Sarmatici gentes leni Imperio regit pro Polonico Regum clivictrix terribilem hostibus, Chobry, id est, Acugnissimus, Boleslaus II. A praeliis hostibus superio Probus, Casimirus Magnus Sigismundus, Sigismundus Uladislauus IV. Johannes aequitate, lenitate, clemencia vixerunt, qui prodigia regni fines propugnarunt acies fregerunt & fugarunt AUGUSTUS, in quem magnanimitate interitum facilitate, beneficentia augustum magnificentiam Augusti sanguinis propinquissima origine gentem ge aut Duce ordiri, per non tantum eminentissimas ternas etiam ex illa orta



ciae, Severiae, Czernium Dominum, Dominum Saxoniae, Juliae, Clivini Imperii Archimarchionem Misniae, Magdeburgi, Comitem Silesbergi & Barbiae, Dux clementissimum. Ita Obtulit gens fortissima ator Romanus Boleslaus, Caesareaque stirpe sua ca infedit. Corona at, Sceptrum tenet atque caeteras sibi subiectas enses ferre novit. Scedio eorum dextera erunt Boleslaus ille Princeps, Avi Successor didis, quadraginta septem Candidus, Henricus uanus, Casimirus IV. hori, Sigismundus III. Heroes, qui Iustitia, ivium animos sibi decircumtulere, armis ca castra expugnarunt, ffrit FRIDERICUS elsum, fama amplum, ne invictum, mansuetate, innocuum lenitate, tia gloriosum est, per orationis esset ab antistissimo Saxonum Remmata decurrere, & arum culmina, sed exstriffima decora, quin

sceptra ac diademata memorare. Ut omittamus in Annalibus descriptas virtutes FRIDERICORUM quinq; Fortis, Gravis, Strenui, Bellicosi, Placidi, quis non admiratur ALBERTUM, quem ob incredibilem animi vigorem Animosum

